» simul cum amico suo cum quo praticat causam ipsam disponent » pro beneplacito. et si dicti liquor et pulvis seu ipsorum alter non » essent sufficiens capita huius consilii habeant libertatem de re- » cuperando et de habendo de sufficienti.

» De parte 10
» Non. 2
» Non sincere. . . . . 2. »

» Die V decembris

» Ser Laurentius Capello } capita de X.
» Marcus Trivisano }

» Quia practica que tenebatur cum Michaleto Mudatio est » adeo publicata propter modos quos ipse Michaletus servavit sicut » notum est isti consilio quod res illa nullatenus habere posset de- » siderium concupitum ymo quidquid amplius fieret et attemptare- » tur in re illa non esset nisi cum onere nostri dominii vadit pars » quod ipse Michaletus cum verbis convenientibus licentietur quod » vadat pro factis suis dando eidem spatium recedendi usque » diem XV. mensis presentis et pro expensis quas fecit sibi den- » tur ducati X.

» De parte 9

» Ser Marcus Erizo, caput.

» Vult partem suprascriptam totam salvo quod non vult quod » habeat dictos ducatos X.

» De parte 5
» Non. 0
» Non sincere. . . . . 2. »